Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



plebis suae exultabit iacob et letabitur israel ps
Domine quis habitabit in tabernaculo
tuo aut quis requiescet in monte
sancto tuo Qui ingreditur sine ma
cula et operatur iustitiam Qui loquitur veritatem
in corde suo qui non egit dolum in lingua
sua Nec fecit proximo suo malum opp
brium non accepit adversus proximos suos
Ad nihilum deductus est in conspectu
eius maligno honestos autem timentes dominum glorificat
Qui iurat proximo suo et non
decipit qui pecuniam suam ad usuram
non dedit et munera super innocentes
non accepit Qui facit hec non commove
bitur in eternum Dominus exaudi me
domine deus meus miserere mihi memor fui in nocte
Miserere mihi domine quoniam speravi ps
ante te dixi domino deus meus es tu
quoniam bonorum meorum non egebis Sanctis
qui sunt in terra eius mirificavit omnes
voluntates meas in eis Multiplicate
sunt infirmitates eorum postea acceleraverunt
Non congregabo conventicula eorum
de libationibus eorum nec memor ero nominum
eorum per labia mea Dominus pars hereditatis
mee et calicis mei tu es qui restituis
hereditatem meam michi Funes cecide
runt mihi in preclaris etenim hereditas mea
preclara est michi Benedicam dominum qui
tribuit michi intellectum insuper et usque
ad noctem increpuerunt me renes mei
Providebam dominum in conspectu meo semper
quia a dextris est michi ne commovear
Propter hoc letatum est cor meum et